



1756.

*

1. Ackermann, Ioh. Sieppius : Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. iur. et memoriae ian. Ioh. Sieppiei Ackermannii . . . celebrandam invitant.
2. * Bonnius, I. Programma, quo ordinarius senior et reliqui fac. iur. anteriores memoriam Bonnius-
mam . . . celebrandam indicant.
3. Bachius, Th. Meysterus : De his, quae imputantur in quatuor fiduciarii ad l. gl., 2 ad leg. Falc.
4. Bachius, Th. Meysterus : De prorogatione iuriis-
dictiorum.
5. Bachius, Th. Meysterus : De multa preiuentiali
in entione venditione.
6. Bauer, Johann Gottlieb, fac. iur. proancellarius.
De amstendio famulati hofiorum in favorem domini
ni berolinensis : Programma, quo summos in utroque
iure honoris suis Augusto Philippo Keppeh . . .
conferuntur in dicit.

1756.

7. Bochmias, Ioh. Gottlieb : De Iuris Romano III, Angl-
ege, imperium Romanum post absum Movi-
miliare I affectante.
8. Brunning, Christianus Henricus : Iuris naturalis qua-
stionum specimen I.
9. Conrad, Iohannes Tudorius : Tentativa Seboriae
declarata super causione Aquitii, repates
postumos inserviendi et lege Tauria Vilea
10. Conrad, Iohannes Tudorius : Super legato partitionis
11. Eckard, Dietrich Gottschard, ius. jus. procuratorius
Programma, quo honoris iustice summos -- Fidei
Inbones Klingling -- confituntur indicat
12. Grafe, Carol. Augustus : De imputandis delictis.
13. Gutschmidius, Christianus Gottlieb : De feodo om-
nis juri propriorum omni ex parte censendis
nisi mutatio rationis fentorum communis speciationis

Demonstratur

14. Hommelius, Carolus Ferdinandus : Cur actiones
practicæ annales sint? Progræma, quo oralio-
rem articulam . . . indicat.
15. Klipsch, Iulius August Philipp : De remissione
cautionis usuplulariae.
16. Majus, Iacobus Fredericus, b.d. phil. ex decano :
De proportionum Germanorum collectores
Progræma, quo ad memoriam Hierianum . . . invi-
tat.
17. Majus, Iacobus Fredericus, b.d. phil. procuratella-
rius : De sapientia proportionis veteram Germanorum
exemplis illustrata. Progræma, quo ad capita-
los in phil. honores invitatur.
18. Mylius, Thureus Henricus : Rijme consuetudi-
naris universali Germaniaæ mediæ aëri inspe-
catis Saxonico et Suevico, quinque cognoscendi
ratione.

1756.

19. Meylius, Gustavus Marcius, Collegii iur. procuratello
rus: Diccharmate. Programma, quo paucigym-
in aug. ... Iwanus Tudorius Consal. ... indicit
20. Meylius, Gustavus Marcius: De beneficio restitutio-
nitia rem iustitiam, quae fit brevi manu.
21. Richter, Dr. Tobias: De conditione impossibili
ultimae voluntatis adiecta in distinctione pro non
scriptis habenda ad § 10 T. de hered. instituta
Programma, quo Disputationes publicas in dicto L
22. Richter, Dr. Tobias: De praecipua Tali: cursu et
leges patias: aguocendas atque bonas. Programma
quo ad audiendum orationem sollemnem
involat.
23. Richter, Dr. Tobias: Disputatio iuridica 25
selectiora iuriis principia ad ord. dig. Exponita
lips. 18 Specimes I continens.

1756.


24. Schumann, Julius : Secretarium historicum pl. 6.

Sophistarum Specimen I.

25. Wiesand, Georg Nepos : De officio interrogi
circa sectam scriptoris.

26. Zoller, Thibautus Julius : De remissione carbo-
nis circa ligata ex die reliqua. Programma quo
expositionem auspicialem inserviat.

27. Zollerus, Th. Julius : Et si stuprata in concubin-
orum idem et alius cum infantis petere
permittat?



1755.

1756, 24.

SPECIMEN I.

EXERCITATIONVM
HISTORICO-PHILOSOPHICARVM

QVOD

CONSENTIENTE

PHILOSOPHORVM ORDINE

PUBLICO EXAMINI SUBMITTVNT

PRAESSES

M. GOTTLIEB SCHVANN

ET

RESPONDENS

FRIDERICVS GVILIELMVS SCHERELL

RAMMELB. MANSFELD.

A. MDCCCLVI. D. XI. AVGUSTI.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

H. D. G. Gräfin

EXERCITATIOM
HISTORICO-BIBLIOGRAPHICIS
SOCIETATIS
RAZIAS
COTTIERI
LIBRARIIS CHALDEIENSIS SCOTTERE
MICHAELE ALEXANDRI
ET
JACOBUS ALEXANDRI
ET
JACOBUS ALEXANDRI



INSTITVTI RATIO.



requentes exercitationes disputatorias publicas Serenissimi Principis Ordinatio Academica Lipsiensis iniungit Magistris nostris legentibus et habilitatis, utilitate quoque sua se commendat hoc status literarii institutum, dummodo id sine bile, *Quicunque* studio, aliquis natus solius veritatis inuestigandae confirmandaque causa suscipiatur. Raro autem iusta, ut nunc sunt, *Commentationes Academicae* pro dignitate breui illo temporis spatio, quod iis ventilandis destinatum est, expendi et dijudicari possunt; illam iraque et Maioribus, et nostro tempore comprobataam viam selegi, et argumenta vel ex vniuerso doctrinae campo, vel ex vna alteraque disciplina ad hanc cathedram spectante perita, succinctis thesibus includere, aut rationibus suffulta proponere consultum esse iudicauit. Speciminis loco nunc exhibeo, illius Philosophiae practicae partis, quam prudentiam ciuilium vocant, lineamenta quodammodo connexa; cynosura illa admodum vtilis et mihi in rerum, quae nunc in Europa geruntur, pelago iterum nauiganti. Ex amplissima et diffcili doctrina nonnulla, subinde ut proponantur ab iuuenibus optimae spei, et me Praefide defendantur curabo, non tam in eruditorum, quam eorum qui se erudiendos nobis sifunt gratiam; Praeclarum autem et iucundum erit peritores ab arte peritorum iudicis recedere. Ad opponendum itaque ex laudatae Ordinationis constitutione, Vos maxime, clarissimos Dominos Magistros legentes et habilitatos, amicos honoratissimos, aliosque etiam Viros excellentissimos et doctissimos, si adefse velint, qua par est obseruantia, invito. Caeterum Deum immortalem et Trinum, omnis verae sapientiae et prudentiae fontem vnicum et largitorum benignissimum, Praesidem et moderatorem omnium consiliorum et operum humiliter rogo, vt bene faueat instituto, si eius Gloria, Academiae et literarum decus, nostraque status inde promoueri possit; Europae vero halcyonia in ecclesiasticis et politicis concedat quam clementissime!

I.

Politica sive *Prudentia civilis* est illa Philosophiae practicæ pars, quæ prudentiae regulas et cautions ad Ciuitatem Statusque in ea existentes specialiter applicat in singulorum et commune bonum.

II.

Pro diuerso respectu varie diuiditur v. g. in *priuatam et publicam, generalem, specialem et specialissimam, ordinariam et extraordinariam*, quæ nonnullis est *Ratio Status*.

III.

Differet a Prudentia in genere, Ethica, Iure naturae, publico vniuersali et particulari, nonnulla tamen ex singulis petit, in primis in doctrina de *Ciuitate eiusque Genesi et Analyti*.

IV.

Ciuitas sive *Respublica* est multorum hominum sub communi imperio consociatio, pacis expressis vel tacitis eum potissimum in finem inita, ut prouidente Deo, communi imperantium et ciuium securitati et felicitati melius consulatur.

V.

Status vox in genere denotat complexum eorum quæ ad ciuisliber conservationem et durationem pertinent, in *specie* est modus homini impositus in viribus abundans vel deficiens.

VI.

Summa communis imperii in Ciuitate potestas dicitur *Majestas*, quam laedunt *Machiauilliae et Monarchomachi*.

VII.

Iura maiestatica vulgo diuidunt in *immanentia et transuentia*.

VIII.

Imperantis officium est, Iuribus maiestaticis vti ad promouendum singulorum et commune bonum; *ciuium*, suas conferre operas et vires, ut imperantes officio satisfacere possint.

Conferantur de his omnibus Scriptores Iuris Naturae et Gentium, placentque nobis præ reliquis Mich. Henr. Gribneri ICti Principiorum Iurisprud. natural. Libri IV. quo, inter recentiores commendandum Francis Hatchefon's System of moral Philosophy. London 1755. 4. quod germanice etiam prodiit Lips. 1756. quo.

IX. Com-

IX.

Communae autem et singulorum in Civitate bonum consilisit in recto Dei cultu, vita iusta et honesta, rerum sufficientia, protectione ac defensione contra internos et externos insultus.

X.

Media ad hunc finem obtainendum sunt leges, doctrinae, instituta, consilia formalia et personalia.

XI.

His praecognitis superstruenda primum sunt Praecepta prudentiae ciuilis ratione *Status Oeconomici et priuati*, qui est fundamentum et fulcrum Ciuitatis s. Reipublicae; et complectuntur pleraque *prudentiae ciuilis priuatae capita*.

In causas neglectas in Academiis doctrinae oeconomicae politiae et camerae inquirunt cl. *Dithmarus*, in der Einleitung zu den Oeconomicischen, Policey- und Cameral-Wissenschaften in 8vo, aliisque.

XII.

Dein praecetta *prudentiae ciuilis publicae cognoscenda* sunt, quae respiciunt vel Statum Reipublicae conferuandi s. regnandi *in genere* vel *in specie*, ratione α) *prudentias togatae*, circa leges et iudicia, poenas et praemia, ministros et magistratus inferiores, aerarium, tributa ac vestigalia, commercia et rem monetariam, Religionem et Ecclesiam, literas et Scholas ac Academias, β) *prudentiae sagatae*, circa bellum et pacem, foedera et legatos.

XIII.

Formae dein Ciuitatum cum sint variae, simplices vel compositae s. mixrae, legibus fundamentalibus innixae vel ab iis aberrantes, prudentiae ciuilis praecetta circa eas quoque sunt ponderanda.

XIV.

Imo peculiaria extant prudentiae ciuilis praecetta de *Vita Aulica*.

Conf. *Dan. Eremita* de vita aulica, aliique; et de reliquo praecettis, Scriptores Prudentiae ciuilis v. g. *Hertius*, *Buddeus*, *Hofmannus*, *Rüdigerus* aliique.

XV.

Cum autem omnes Status et Ciuitatum formae in hac rerum humanaarum imperfectione et corruptione naevos suos habeant, et *incommoda* retineant, praecetta etiam prudentiae ciuilis de incommodis, quae homines in omni statu premunt, sunt addenda.



XVI.

Generalis prudentia ciuilis innitur principiis Ethices, Iuris Naturae et Oeconomiae. Specialis, principiis α) Historiarum cum suis adjunctis Genealogiae, Geographiae, Chronologiae, β) Experientiae.

XVII.

Ex Iuris naturalis et positivis, Prudentiae generalis et specialis, Historiarum et Experientiae principiis componitur doctrina, quae nunc *Notitiae Statuum*, sive reipublicae singularis, nomine circumfertur.

XVIII.

Diuidunt eam nonnulli in archetonicam et rhetoriam; si enim theorettice Status Europae singulos explicet *Notitia Statuum*, si prætice in ea verseris *Statistica* dici posse videretur.

Dissentit quodammodo *Achenwallius* in Praefat. nouissimæ Editioni, Notit. Stat. Europ. præfixa.

XIX.

Specialissimæ prudentiae ciuilis publicae pars esse videtur, si universem Europæ faciem et compagem, ut nunc est, contempleris, et de *Statu Europæ*, dicitur doctrina, cuius triplex obiectum diuerissimæ indolis a nonnullis constituitur: *Religio Christiana, Aequilibrium, et Commerceia.*

Cur artes et scientias omittant et num recte id fiat quaeritur? Speciat huc quoque prudentia de re literaria in genere, et de prudentia academica in specie.

XX.

Religionem in habitu ad Rempublicam affigit, *Hierarchia romana*, Rempublicam in Rebuspublicis s. Ciuitatibus constituentem, totius Europæ maximam.

Conf. *Som. Pfendorffius* in *Introduct. ad histor. vniu. capite X.* separatis cum notis edito a *Thomafio*.

XXI.

Aequilibrium quadruplex nunc in Europa conspicuum esse existimant: 1) *Septentrionale*, 2) *Italicum*, 3) *Germanicum*, 4) *Potentiarum maritimorum*.

Conf. the present State of Europe, explaining the Interests, Connections, Political and Commercial Views of its several Powers etc. London. 1753. quo.

XXII.

* * *

XXII.

Europae *Commercialia* nexus habent cum *Commercialiis* in utramque
Indiam orientalem et occidentalem, vel *fructuosum*, vel *luctuosum*.

Conf. Praefidis notae ad versionem *Bellonianae Dissertationis de Commercialiis*
in 4to Lips. 1752. et Caroli Güntheri Ludouici P. P. Lips. molimina de
Systemate mercatorio, Historia et Statu Commercialium Europaeorum.
Lips. 80o. m. 1756.

XXIII.

Peculiaria etiam huius, quam dicimus Prudentiam ciuilem publicam
Europaeam, extant praecepta, quae multum illustrant Foedera et Con-
ventiones Europaearum gentium circa haec momenta.

XXIV.

Nullo modo sine his principiis intelligi et applicari possunt *Systema-*
ta Europae politica, negotiationes in causis publicis quae nunc peraguntur,
imo foedera et conventiones.

Conf. Praefidis Diff. de *Systemate Europae politico*. Lips. 1755.

XXV.

Scitu necessaria est *specialissima* haec prudentiae ciuilis pars Imperan-
tibus eorumque legatis, ministris et consiliariis; *reliquae* prudentiae ci-
uilis partes *profant Icias*, et *parentibus* ad explendam boni Ciuis fidem,
omnium notitiam vt *Historicus* habeat necesse est, qui iustum ex fastis et
rerum, quae nunc geruntur, narrationibus fructum referre cupit.

XXVI.

Haud improbandum videtur, quod *Pythagoras* regendae Reipubli-
cae disciplinam auditoribus suis ultimam tradiderit, iam doctis sapienti-
bus et beatis.

Conf. Augustinus Lib. II. de Ordine ad Zenobium.

XXVII.

Acquiritur autem integra haec doctrina. 1) Diuino auxilio, 2) In-
stitutione fidei tam ex Doctorum et peritorum ore, quam ex libris et me-
ditatione, 3) fructuosa Conuersatione, 4) Solerti Exercitatione et Vsu.

Conf. Eccles. IX. v. 13. sqq. et Praefidis Dissertation de doctrina Prudentiae ciui-
lis publicae academicæ Lips. 1752. vt et *Programma*, an nexus feudalis
Ducatum Parmae Placentiae et Guastallæ cum Imperio romano-germa-
nico adhuc subsistat? Lips. 1750. 4.

XXVIII.

Vile tandem est cognoscere et excolare doctrinae de prudentia ciuili hi-
storiæ literariam.



COROL.



COROLLARIVM

pro scribente de suis temporibus,

e Herodiani Historiarum initio iuxta Angeli Politani
versionem petitum.

Qui res antiquas posteris prodiderunt, veteremque Historiae memoriam renouare literis studuerunt, ei magna ex parte dum famam eruditionis affectant, nomenque suum conantur ab iniuria obliuionis asserere, minus sane multam in veri peruestigatione quam in exornanda componendaque oratione industriam posuerunt; rati scilicet, neque si quid in rebus a seculo suo remotissimis falsi proderetur posse refelli, et se ramen suavitate narrationis amplissimum laboris ingeniique sui fructum percepturos. Alii vero priuatis inimicitis, tyrannorumque odio prouecti, aut in laudes principum, ciuitatum priuatorumque hominum immodicis affentationibus effusi, tenues per se res atque humiles, scribendi tamen artificio longe supra veri fidem fustulerunt. Ego vero contra, non quidem acceptam ab aliis aut incognitam aut testibus egentem historiam, sed eorum, qui legent, sensibus adhuc memoriaeque inherentem, summa vel fide vel diligentia collectam conscribendam suscepit, sperans haud iniucundam fore posteritati earum rerum notitiam, quae multae sane atque magnae haud ita longo tempore acciderunt.




ULB Halle
007 231 954



3

W/18





1756, 24.

S P E C I M E N . I.

E X E R C I T A T I O N V M HISTORICO-PHILOSOPHICARVM

Q V O D
C O N S E N T I E N T E
P H I L O S O P H O R V M O R D I N E
P V B L I C O E X A M I N I S V B M I T T V N T
P R A E S E S
M. G O T T L I E B S C H U M A N N

E T
R E S P O N D E N S
F R I D E R I C V S G V I L I E L M V S S C H E R E L L
R A M M E L E . M A N S F E L D .

A. M D C C L V I . D. XI. AVGVSTI.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

H. D. G. G. f.